

PONT.  
A. II.Transumptis  
idem tri-  
buit.Episcopus  
obtestatur  
pro presen-  
tium exco-  
municatio-  
ne.Eas. die 20.  
Dec. 1741.

XXXIX.

## CLAUSURA

Monasteriorum quorumcumque Virorum Regularium  
asseritur, sublata quibuscumque dispensandi  
facultate.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Veteris di-  
sciplina ri-  
gor in at-  
tendis Ma-  
nibus a  
Regularium  
domibus, &  
Ecclesiis.Nihil remi-  
ssum quoad  
eorum in-  
gressum in-  
tra Monas-  
terium.Sed nimis  
dispensatio-  
nem facili-  
tas inveni-  
ta.

cienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo  
robre permanens, ad praemissorum effectum, hac vi-  
ce dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceteri-  
que contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut earumdem praesentium  
Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impres-  
sis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigil-  
lo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae muni-  
tis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibea-  
tur, quae ipsis praesentibus adhibetur, si forent exhibi-  
tae, vel ostensa.

§. 8. Ceterum, Venerabiles Fratres, custodientes  
vos vigilas super grege unicuique vestrum credito,  
ministerium vestrum fatigite atque enitami, ea, qua  
obstricti estis, diligentia, sedulitate, & caritate adim-  
plere, assidue in animis vestris recolentes rationem,  
quam & Vos Pastorum Principi Jesu Christo aeterno  
iudici de ovibus suis reddituri eritis, & quam ille ac-  
ratissime a Vobis exacturus erit. Ita enim fore confidimus,  
ut unusquisque Vestrum omnem operam ad  
conatum adhibeat, ne debitum in hoc tam eximia car-  
itatis opere officium desideretur. Interea ad prosperi  
eventus successum, Apostolicam benedictionem, cum  
uberissima coelestium Charismatum copia conjunctam,  
Vobis, Venerabiles Fratres, peramanter impertimur.  
Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Anno  
Piscatoris die xx. Decembris MDCCXLI. Pontificatus  
Nostri Anno II.

D. Card. Passioneus.

legia, indulta, praerogativas, facultates, licentias, &  
alias quocumque pacto excogitatas concessiones sibi  
a jure, five ab homine factas, & impetratas, seu fa-  
cta, & impetrata, ac quorumcumque munerum, di-  
gnitatum, ac praerogativarum ratione debitas, seu  
debitas quaslibet intra Monasteriorum claustra, septa,  
coenacula, cubacula, aliasque officinas aut admitti, ac  
recipi sinunt mandantque, aut una secum ducunt; alii  
denique sub pietatis, ac religionis praetextu, cum Sup-  
plicationibus, five cum Sanctissimo Eucharistiae Sacramen-  
to, five cum sacris Sanctorum Sanctorumque Reliquiis,  
Statuis, & Imaginibus, per claustra, septa, & alia  
Monasteriorum loca de more, ut asserunt, habentur,  
sine ullo porfui discrimine masculos, & feminas Sup-  
plicationes hujusmodi per eadem loca sequi, & comi-  
tari licitum, quatinus, ut Indulgentias lucrari valeant,  
necessarium esse obtinunt.

§. 3. Hinc est, quod Nos, qui, dum in minoribus  
effemus, quamplurimos hujusmodi abusus compertos  
habebamus, in hac sublimi Sacrosancti Apostolatus spe-  
cula constituti, non tam assiduis nonnullorum aliarum  
Ecclesiarum Antistitum documentis, quam iustis etiam  
Superiorum, aliorumque Virorum ex Religiosis Or-  
dinibus, Dei honorem, & instituti sui disciplinam ze-  
lantium, expostulationibus, de antedictis similibusque  
abusibus in dies admonemur, ut opportunum, ac salu-  
tare iisdem abusibus tollendis, quantum cum Domino  
possumus, remedium afferamus; auctoritate Apostolica,  
tenore praesentium, primum quidem omnes, & singulas  
Constitutiones, Sanctionesque a Romanis Pontificibus  
Praedecessoribus nostris, tam ante, quam post Con-  
cilium Tridentinum decreta, super Clausura Monasteriorum  
quorumcumque religiosorum Virorum editas, renova-  
mus, & confirmamus, necnon in posterum ab omni-  
bus & singulis, ad quos spectat, & in futurum spec-  
tabit, sub iisdem penis in Constitutionibus, Sanctioni-  
busque eorumdem Praedecessorum nostrorum Roma-  
norum Pontificum, & decretis ejusdem Concilii Tri-  
dentini contentis, inviolabiliter observandas esse sta-  
tuimus, decernimus, praecipimus, atque mandamus.

§. 4. Deinde motu proprio, & ex certa scientia, ac  
matura deliberatione nostris, deque Apostolica potesta-  
tis plenitudine, earumdem praesentium tenore, omnia  
& singula indulta, privilegia, praerogativas, facultates,  
licentias, & quocumque alio pacto nuncupatas  
concessiones, omnibus & singulis quibuscumque Eccle-  
siasticis personis quacumque auctoritate, dignitate, honore,  
praerogativa, ac jurisdictione fungentibus, etiam  
Venerabilibus Fratribus Nostri S. R. E. Cardinali-  
bus, five singulis, five eorumdem Cardinalium Con-  
gregationibus, etiam de Latere Legatis, five qui Pro-  
vinciis, & Legationibus Status nostri Ecclesiastici pro  
tempore praesunt, five quos ad Carissimos in Christo  
Filios nostros Romanorum Regem in Imperatorem pro  
tempore eligendum, vel electum, Reges, & Reginae  
illustres, aliasque summas Potestates, prout rerum con-  
ditio postulaverit, mitti, & ablegari contigerit; five  
qui, licet aliarum insignium Ecclesiarum Antistites,  
tamen tamquam Apostolice hujus S. Sedis Legati de  
Latere alias nuncupati, & habiti sunt, & fortasse ha-  
bentur, aut haberi, & esse praetendunt, & in poste-  
rum habendi sunt; five Ordinarii, five Extraordinarii  
nostri & ejusdem Apostolice Sedis ubicumque, etiam  
ad ipsos Imperatorem, & Reges, ac summas Potesta-  
tes, Nuntii, five Inter-Nuntii resident; ac demum  
quibuscumque aliis quocumque nomine, & expressione  
nuncupatis personis, quocumque tempore, a quibul-  
vis, etiam ab ipsis Romanis Pontificibus Praedecessori-  
bus nostris, quocumque de causa, occasione, titulo,  
colore, & praetextu, per quoscumque Apostolicos, five  
in simili forma Brevis, five sub Plumbo expeditas li-  
teras, sub quibuscumque verborum formis, facta, data,  
concessa, & impetrata, five factas, datas, concessas,  
& impetratas, super hujusmodi accessu, & ingressu  
revocamus, aboleamus, annullamus, atque irritamus,  
necnon a datum earumdem praesentium die revoca-  
ta, abolita, annullata, & irrita, ac nullius prorsus  
momenti, ac vigoris esse, & fore, neminique cui-  
bet quocumque tempore suffragari statuimus, decerni-  
mus, & declaramus.

§. 5. Quemadmodum etiam statuimus, decerni-  
mus, & declaramus, quemlibet omnium antedicto-  
rum,

ANNO  
1741.Pontifex  
tam tollit  
statum.Renovat, &  
confirmat  
Praedecesso-  
rum Sanctis-  
simi.Aboluit, &  
revocat quae-  
cumque in  
fuerint  
quibuscumque  
concessas.Praesentium  
similitudine  
confutit.Clausula  
sublata, &  
Decretum  
irritum.Derogatur  
con-  
finitis.Eorum usum  
interdicit, &  
irritum fore  
declarat.PONT.  
A. II.Praesentium  
similitudine  
confutit.Clausula  
sublata, &  
Decretum  
irritum.Derogatur  
con-  
finitis.Eorum usum  
interdicit, &  
irritum fore  
declarat.

rum, etiam speciali mentione dignorum, quacumque  
facultate hujusmodi temere uti audentem, ipso facto  
absque ulla alia declaratione, penas, & Ecclesiasticas  
censuras, a quibus, praeter quam a Nobis, & pro  
tempore existente Romano Pontifice, nisi in mortis  
articulo, absolvi possit, incurrere, & incursum esse,  
licentiamque hujusmodi quicquidem concessam nullo  
modo suffragari, atque nullius momenti, perinde, ac  
si minime concessa fuisset, ipso facto fore, & ha-  
beri, ac penas, & censuras Ecclesiasticas ipso etiam  
facto, ut praemittitur, per contrasacramentum incurri, &  
incursum esse.

§. 6. Decernentes easdem praesentes literas, & in  
eis contenta quacumque, etiam ex eo quod quicum-  
que in praemissis interesse habentes, seu habere quo-  
modolibet praetendentes, cujusvis status, gradus, or-  
dinis, praerogativae, & dignitatis existant, seu alia  
specifica, & individua mentione, & expressione digni,  
illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, &  
auditi, causaeque, propter quae praesentes emanant,  
sufficienter adductae, verificatae, & iustitiae non fue-  
rint, aut ex alia qualibet etiam quantumvis juridica,  
& privilegiata causa, colore, praetextu, & capite, et-  
iam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormi-  
ssimae, & totalis lesionis, nullo unquam tempore de  
subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, aut  
intentionis nostrae, vel interesse habentium consensu,  
aliove quomodolibet, etiam quantumvis magno, &  
substantiali, ac incogitato, & inexcogitabili, indivi-  
duamque expressionem requirentem defectu notari, impu-  
gnari, infringi, retractari, in controversiam vocari,  
aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperi-  
tionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quod-  
cumque juris, facti, vel gratiae remedium intentari,  
vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia,  
& potestatis plenitudine paribus concessis, vel eman-  
nato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu fe-  
juvare ullo modo posse; sed ipsas praesentes literas sem-  
per firmas, validas, & integros effectus sortiri, & obtinere,  
ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quando-  
cumque spectabit, inviolabiliter, & inconcussa obser-  
vari, sique, & non aliter in praemissis per quoscum-  
que Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caesarum  
Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales,  
etiam de latere Legatos, & Sedis praedictae Nuntios,  
aliove quolibet quacumque praerogativa, & potesta-  
te fungentes, & sanctos, sublata eis, & eorum cui-  
bet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate,  
& auctoritate, iudicari, & definituri debere, ac irritum,  
& inane, si focus super his a quocumque quavis aucto-  
ritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus praemissis, ac quatenus opus  
sit, nostra, & Cancellariae Apostolice regula de jure  
quæstio non tollendo, aliisque Constitutionibus, Ordi-  
nationibus Apostolicis, necnon quibuscumque, etiam jura-  
mento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate  
alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ac usibus,  
& styliis, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque,  
indultis, & literis Apostolicis praedictis, aliisque qui-  
buslibet personis, etiam quacumque Ecclesiastica, vel  
mundana dignitate fulgentibus, & alias quomodolibet  
qualificatis, ac specialem expressionem requirentibus,  
sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac  
cum quibuscumque etiam derogatoriis derogatoriis, aliis-  
que efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis,  
irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia,  
& potestatis plenitudine similibus, ac consistorialiter,  
& alias quomodolibet in contrarium praemissorum  
concessis, editis, factis, ac pluries iteratis, & quanti-  
scumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis.  
Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum suf-  
ficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus  
specialis, specifica, expressa, & individua, ac de ver-  
bo, ad verbum, non autem per clausulas generales  
idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio  
habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc ser-  
vanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad ver-  
bum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita  
observata, exprimerentur, & infererentur, praesentibus  
propterea, & sufficienter expressis, & insertis habentes,  
illis alias in suo robore permanens, ad praemissorum  
effectum, hac vice dumtaxat specialiter & ex-

presse derogamus, ac derogatum esse volumus, ceteris-  
que contrariis quibuscumque.

§. 8. Ceterum per praesentes non intendimus de-  
rogatum esse iis concessionibus, quae ad favorem quorum-  
cumque Nobilium seminarum, ex eo, quod five earum-  
dem Majores, ac pro tempore existentes de fami-  
lia, fuerint, & habeantur Fundatores, vel insignes &c.  
Benefactores illius Monasterii, intra cujus claustra, vel  
septa feminas etiam de familia ingredi, vel concessum,  
vel cautum esse sibi voluerunt, & de concessione  
hujusmodi confirmationem ab Apostolica hac Sancta  
Sede obtinuerunt; five feminas hujusmodi sint Con-  
sanguineae, & Affines eorum, qui sunt Domini in  
Temporalibus locorum, in quibus Monasteria sita re-  
periuntur, & quacumque legitima tituli, vel consuetu-  
dinis causa, & occasione, ingressu hujusmodi de praesenti  
gaudent, factae, & impetite fuerint; dummodo  
concessiones hujusmodi per Apostolicas in simili forma  
Brevis, vel sub Plumbo desuper expeditas literas dum-  
taxat, & non aliter omnino factae, & impetratae fuisset  
prius Ordinariis locorum Antistitibus, vel Praesulibus,  
per legitima, & autentica documenta constare fecerint;  
& dummodo nec vagandi, nec otandi, nec comendandi  
caenandique, nec per ambulacra, cubacula, coenacula alia-  
que loca, & officinas discurrendi causa, sed ad Ecclesias ac-  
cedendi, Sacrosanctum Missae Sacrificium audiendi, alia-  
que erga Deum pietatis officia, & opera exercendi stu-  
dio ingrediantur; & dummodo de earum adventu, &  
ingressu interdictum, & opportune faciendo, Superiores  
pro tempore existentes prius certos fiant, ad hoc  
ut, absque Fratrum incommodo, & offensione, recto  
tramite ad Ecclesiam pergatur, & alia de jure servan-  
da serventur.

§. 9. Volumus autem, ut earumdem praesentium li-  
terarum transumptis, exemplis, etiam impressis, manu  
alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personae  
in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem  
prorsus fides in iudicio, & extra illud ubique locorum  
habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent  
exhibita, vel ostensa. Datum Romae apud S. Mariam  
Majorem sub Anno Piscatoris die tertia Januarii mil-  
lesimo septingentesimo quadagesimo secundo, Pontifi-  
catus Nostri Anno II.

D. Cardinalis Passioneus.

## DE CLAUSURA MONIALIUM.

XL.

Confirmantur Sanctiones Ecclesiasticae, antea editae,  
Revocantur facultates extraordinariae permittendi in-  
gressum, & egressum e Monasteriis.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Salutare in Catholica Ecclesia institutum, ab ipsa  
antiquitate susceptum, ac tanta cum sollicitudine  
& pastoralis zelo custoditum, ut sibi ille Ecclesiastici  
germinis, decus, atque ornamentum gratiae spiritualis,  
lata indoles, laudis & honoris opus integrum, atque  
incorruptum, Dei imago respondens ad sanctimoniam  
Domini, illustrior portio gregis Christi, Sacrae Virgi-  
nes, quarum, quo sublimior gloria est, major & cura  
est, intra Monasteriorum septa, & claustra vigili soli-  
citaque custodia servarentur, tam ante, quam post Tri-  
dentinae Synodi Decreta, Romani Pontifices Praedeces-  
sores nostri tot sanctissimis Legibus, & iuris Apostolice  
providentiae caritativae consiliis communire, & con-  
firmare studuerunt, ut, quae se Christo dicaverint, &  
a carnali concupiscentia recedentes, tam carne, quam  
mente se Deo voverint, consumment opus suum magno  
praemio destinatum.

§. 1. Quoniam autem, etsi providas hujusmodi  
Sanctiones, Constitutionesque, si ea, qua decet, re-  
hujus disciplinæ observantia custodirentur, satis esse  
plene ab aliis, ut Virgines ea, quae coelestis earumdem Spon-  
si Jesu Christi sunt, cogitantes, sint sanctae & corpore,  
& spiritu; longa tamen experientia edocti, &  
assiduis Venerabilium Fratrum aliarum Ecclesiarum  
Antistitum querelis admoniti, supremas Apostolicas

ANNO  
1742.Praedecesso-  
rum privilegia a  
Sede legi-  
time conce-  
ditae Paro-  
chis.Dummodo  
causa iis  
utatur.Transumptis  
idem tri-  
buit.Die 21.  
Jan. 1742.Benedicti Mo-  
nasterium  
Clausura  
semper in  
Ecclesia se-  
vata fuit.Relaxatio  
re-hujus disci-  
plinæ ab aliis  
plene ab aliis  
inven-  
da.



authoritate providentia partes requiri, ut abusus quamplurimis ex nimia quorumcumque, aut sibi quocumque pacto arrogantium, aut præterduntium, aut obtinentium facultatem alias sibi quomodolibet, five a jure, five ab homine concessam, vel demandatorum munere ratione debitam esse, ut five ipsi, five alii, ingredi clausuram Monialium, aut ipsæ Moniales e clausura ob quacumque etiam non legitimam causam egredi, & extra clausuram hujusmodi commorari possint, licentiam concedendi, indulgentia sensum inveniatis, opportune occurratur.

§. 2. Hinc est, quod Nos, pro suprema omnium Christianissimæ procuracione imbecillitati nostræ in universalis Orthodoxæ Ecclesiæ regimine divinitus imposita, opportunum abusus hujusmodi remedium, quantum cum Domino possumus, adhibere satagentes, Autoritate Apostolica, tenore præsentium, omnes, & singulas Constitutiones a Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris, tam ante, quam post Conciliis Tridentinis Decreta, super clausura Monialium editas renovamus, & confirmamus, necnon impostum ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & in futurum spectabit, sub ipsæ pœnis in Constitutionibus eorumdem Prædecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum, & Decretis Concilii Tridentini prælati contentis, inviolabiliter observandas esse statuimus, decernimus, præcipimus, atque mandamus.

§. 3. Præterea motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, earundem præsentium tenore, omnia, & singula indulta, privilegia, prærogativas, facultates, licentias, & quocumque alio pacto nuncupatas concessiones, omnibus & singulis quibuscumque Ecclesiasticis personis, quacumque auctoritate, dignitate, honore, præeminentiâ, ac jurisdictione fungentibus, etiam Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus five singulis, five eorumdem Cardinalium Congregationibus, etiam de Latere Legatis, five, qui Provinciis, & Legationibus Status Nostris Ecclesiasticis pro tempore præsent, five quos ad Carissimos in Christo Filios Nostrorum Romanorum Regem in Imperatorem pro tempore eligendum, vel electum, Reges & Reginas illustres, aliasque Summas Potestates, prout rerum conditio postulat, mitti, & ablegari contigerit; five qui, licet aliarum insignium Ecclesiarum Antistites, tamen tamquam Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis Legati de Latere alias nuncupati, & habiti sunt, & fortasse habentur, aut haberi, & esse præterdunt, & impostum habendi sunt; five Ordinarii, five Extraordinarii Nostris, & ejusdem Apostolicæ Sedis ubicumque, etiam apud ipsos Imperatorem, & Reges, ac Summas Potestates Nuntii, five Inter-Nuntii resident (exceptis dumtaxat locorum Ordinariis, iisque omnibus Superioribus, quibus tamquam Ordinariis, & ordinaria jurisdictione utentibus, Monialium Monasteria subiecta, & addicta sunt, in casibus tamen necessariis, & servatis alia de jure servandis, & non aliter omnino) ac demum quibuscumque aliis quocumque nomine, & expressione nuncupatis personis, quocumque tempore, a quibuscumque, etiam ab ipsi Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris, quacumque de causa, occasione, titulo, colore, & prætextu, per quacumque Apostolicas, five in simili forma Brevis, five sub Plumbo expeditas Literas, sub quibuscumque verborum formis facta, data, concessa, & impertita, five factas, datas, concessas, & impertitas, super hujusmodi ingressa, revocamus, abolemus, annullamus, atque irritamus; necnon a daturum earundem præsentium die revocata, abolita, annullata, & irrita, ac nullius prorsus momenti, ac vigoris esse, & fore, nemini quilibet quocumque tempore suffragari.

§. 4. Ac quemlibet omnium antedictorum, etiam speciali mentione dignorum, quacumque facultate hujusmodi, five pro se, five pro aliis temere uti audentem, ipso facto, absque ulla alia declaratione, pœnas, & Ecclesiasticas censuras contra violantes Clausuram Monialium inflictas, a quibus, præterquam a Nobis, & pro tempore existente Romano Pontifice, nisi in mortis articulo, absolvi possit, incurrere, & incursum esse; licentiamque hujusmodi concessam nullo modo suffragari, atque nullius momenti, penitus ac si minime concessa fuisset, ipso facto fore, & haberi, ac pœnas, & censuras Ecclesiasticas ipso

etiam facto, ut præmittitur, per contrafacientem incurri, & incurfas esse, statuimus, decernimus, ac declaramus.

§. Decernentes easdem præsentis Literas, & in eis contenta quacumque, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet præterdentes, cujusvis status, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis, existant, seu alia specifica, & individua mentione, & expressione digni, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, causasque, propter quas præsentis emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, aut intentionis Nostræ, vel interesse habentium consensu, aliove quomodolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac incogitabili, & inexcogitabili, individuumque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas apertionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se jurare ullo modo posse; sed ipsas præsentis Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter, & inconculcè observari; sicque, & non aliter in præmissis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis prædictæ Nuntios, aliove quoslibet quacumque præeminentiâ, & potestate fungentes, & functuros, sublati eis, & eorum quilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæstio non tollendo, alioque Constitutionibus Apostolicis, necnon quibuscumque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, ac usibus, & stylis, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis prædictis, aliisque, quibuscumque personis, etiam quacumque Ecclesiastica, vel mundana dignitate fulgentibus, & alias quomodolibet qualificatis, ac speciale expressionem requirentibus, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuscumque derogationum derogationis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitius clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, editis, factis, ac pluries iteratis, & quantiscumque ychibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales importante mentione, seu quavis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita, observata, exprimerentur, & infererentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & inferendis habentes, alias illas in suo robore permanens, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut earundem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præ-

PONT. A. II. 11. Januarii MDCCXLII. Pontificatus Nostri Anno II. D. Card. Passioneus. Public. die 5. ejusdem Mensis & Anni.

XLII.

INDULTUM

Pro celebratione Missarum super Triemibus Militiæ Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Summarium  
preccum, &  
rationum.

EXPONI Nobis nuper facit Dilectus Filius Magnus Magister Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, quod ipse, considerans tam Fratres Milites, quam Officiales, Nautas, & Turmam Catholicam, qui super Classe Triemium Hospitalis prælati reperiuntur, tempore expeditionum, præsertim in Littore Maris Africi, & Lybici, aliisque paribus communi Christiani nominis hosti subiectis, longo tempore, & multis in solemnioribus anni Festis diebus, prout etiam quando in oris maritimis Catholicorum Principum, & illorum portibus existunt, non propter anni tempestates sibi adversas, quæ minime permittunt tentorium in terra figere, & obtendere, sub quo Sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrari possit, tum propter distantiam Terræ firmæ, Sacrosanctum Missæ Sacrificium hujusmodi audire non posse, ut incommodis, & inconvenientibus hujusmodi, ne pietas, & devotio Fratrum, Subditorumque easdem Hospitalis ministur, occurrere possit, idem Missæ Sacrificium in Triemibus prædictis celebrari posse plurimum desiderat: Nobis propterea dictus Magnus Magister humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur.

Pontifex  
auctor.

§. 1. Nos igitur piis dicti Magni Magistri votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere, eumque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotatis existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, moderno, ac pro tempore existentis Magni Magistro, & Dilecti Filii Consilio Hospitalis prælati, petitam facultatem celebrandi Sacrosanctum Missæ Sacrificium hujusmodi, tum tempore navigationis, quo Triemibus hujusmodi anchoratæ sunt, in quibuscumque oris, littoribus, & portibus habitatis, & non habitatis, & dummodo celebratio Missæ hujusmodi tempore, quo mare tranquillum, & Cælum serenum reperitur, ac cum assistentia alterius Presbyteri, seu Diaconi, fiat; itaut periculum effusionis Sanguinis in dicta celebratione minime adit, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Cum condi-  
tionibus op-  
portunit.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die XV. Januarii MDCCXLII. Pontificatus Nostri Anno II.

D. Cardin. Passioneus.

XLII.

DE DOCTRINA CHRISTIANA

Populis tradenda: Qua ratione, & methodo Fidelium indigentia hæc in re consulendum sit.

Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Cura Pontificis de Fidei doctrina.

ETSİ minime Nobis dubitandum sit, omnes, quibus animarum cura credita est, Vosque præsertim Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. I.

tim, Venerabiles Fratres, ad Apostolatus officium evectos, atque in Prælationis fastigio a Deo constitutos, in id potissimum sollicitudinem intendere, ut Christianus Populus Cœlestis Doctrinæ pabulo enatit, & rudimentis Fidei saluberrime instructus, in semitam Mandatorum Domini, faciem Vobis præferentibus, feliciter dirigatur: temperare tamen non possumus, quin vos ipsos Nostræ Auctoritatis, ac Paternæ dilectionis stimulis excitemus ad tam pium, tamque salutare Opus Doctrinæ Christianæ impensiori cura provehendum, sublati is impedimentis, quæ animarum salutem adversantur.

§. 1. Quia vero scientibus Legem loquimur, & vi-  
giles Ecclesiarum hortamur Antistites, quibus nec Pie-  
tatis, nec alta sacrarum Literarum desunt præsidia, de  
supervacaneum ducimus plurimis urgere argumentis, necessitate  
non satis esse ad cœlestem Beatitudinem assequendam, quæ de no-  
confusum, & involute credere a Deo revelata, & ab cœlesti  
Ecclesiæ Catholica propostia Mytheria; sed hanc cœlestem præcepti  
Doctrinam divinitus traditam, & quæ ex auditu con-  
cipitur, Doctoris legitimi ac fidelis ministerio ita esse  
accipiendam, ut singillatim illius capita explicentur,  
& eorum aliqua necessitate mediis, aliqua vero neces-  
sitate præcepti Fidelibus, ad credendum proponantur: Tenenda  
Præterea licet per Fidem justificari dicamur, cum ea rum præcep-  
sit humanæ salutis initium, & fundamentum; ad fu-  
turam tamen, quam inquirimus Civitatem, ut perve-  
nire aliquando mereamur, satis compertum est, solam  
Fidem non sufficere; sed viam nosse, constanterque  
tenere oportere, nempe præcepta Dei, & Ecclesiæ,  
tum virtutes, quæ persequi, tum vitia, quæ studiose  
declinare debemus.

§. 2. Quæ quidem omnia cum primis Catholicæ Fi-  
dei rudimentis, five Doctrina, ut ajunt, Christiana, continetur;  
Episcopalis munus exigit ratio, ut illa traditionem  
in singulis Diocesis, & ubique locorum recte, atque  
ex ordine explicetur; nec posse Episcopos sine tacto  
conscientiæ convicio illam negligere, sed in hoc opus  
maxime necessarium omnem curam, & diligentiam  
conferre debere. Id tamen oneris non ita Episcopo im-  
positum esse intelligimus, ut ipse per se Doctrinæ Chri-  
stianæ semper intersit, pueros interroget, & Mytheria  
Fidei, quam proferunt, aperiat: Nimirum quippe no-  
vimus, in Pastoralis sollicitudinis munere prægravari  
Apostolicæ servitutis sarcinam, ac plane intelleximus,  
cum Anconitanam primum, tum deinde Bononiensem  
Ecclesiam regeremus, multis, varisque curarum veluti  
studibus jactari Præsulem suo satis muneri facere cu-  
pientem. Id vero futurum affirmamus, ut si Episcopus,  
alieno etiam a Visitatione Diocesis tempore, quando-  
que adit ubi doctrina traditur Christiano homine di-  
gna, pueros, puellasque de rebus antea auditis sciscite-  
tur, ac Mytheria nostræ Religionis evolvat, & an-  
nunciet; Pastoris operam in maximam crediti sibi Gre-  
gis utilitatem cessuram, ejusdemque exemplum alios  
excitaturum ad Vineam Domini Sabaoth pro viribus  
excollandam.

§. 3. Hanc administrandæ Ecclesiæ quasi legem si-  
bi duxerunt nedum veteres, sed recentiores etiam Præ-  
sules, Beatorum Civium Albo adscripti; Carolus nempe  
Borromæus, Franciscus Salesius, Turribus, Alexan-  
der Sauli, quorum aliqui (ut literis consignatum est)  
cum gravioribus dissent, atque impediti curis, adesse  
coram non possent, operæ, ac diligentie suæ Vicarium  
aliquem ex Canonicis, aut ex Sacerdotibus designa-  
bant, qui, susceptis Pastoralis Ministerii partibus, Ado-  
lescentulos ad omnia Religionis Officia Fidei elemen-  
tis informarent.

§. 4. Optimum ergo, & ad profectum animarum  
maxime accommodatum erit Antistitis exemplum, si, Pastorum  
quod antea dictum est, id omni tempore; præsertim opera ab Epi-  
scopis disti-  
genda.

§. 5. Duo potissimum onera a Tridentina Synodo  
Curatoribus animarum sunt imposita; alterum ut Festis  
diebus de rebus divinis sermonem ad Populum ha-  
ceant; alterum, ut pueros, & rudiores quoque, Divinæ  
Legis, Fideique rudimenta informet. Si statis diebus  
cum Parochi concionem habebunt, quæ non persuas-  
sibi.



30  
fibilibus humanæ Sapientie verbis obftrapatibus, sed  
captui Auditorum accommodata in eorum animos atten-  
fione fpiritus illabatur; fi Myfterium aliquod annuncia-  
bunt, in primis vero, quod eo tempore Ecclefia reco-  
lit, ea differentes, quæ ad virtutum incitamento funt,  
& ad vitia fugenda, graviora præferunt, & quæ for-  
dius graffantur in Populo; fi diebus ipfis (hoc enim  
pariter debent fuo muneri) pueros, tanquam infantes  
modo genitos, nutrant Doctrinæ lacte, nunc hos,  
nunc illos interrogando, dubia, atque involuta expli-  
canda; Si denum cum Apoftolo attendant lectioni,  
exhortationi, & doctrinæ, ut perfectus fit homo Dei,  
& ad omne opus bonum instructus: fas est credere,  
exitum optatis respondere poffe, & Populum accepta-  
bilem fectatorem bonorum operum facile extitutum.  
§. 6. Verum fati experientia compertum est, im-  
parem esse folus Parochi laborem; cum nequeat unus  
omnes instruere, ubi Doctoris diligentiam numerus  
vincit. Quoties tamen Epifcopus toto animo, ac stu-  
dio in Ecclefiam fibi commiffam incumbat, nunquam  
neceffarii, & opportuni defituerit auxilii. Semper  
enim invenias, qui Tonfura initiati, qui per Minorum,  
qui per Sacrorum Ordinum gradus ad Sacerdotii falfi-  
gium promoveri, qui denique ad Ecclefiaftica Beneficia  
viam fibi munire ftudeant. Graviffimis idcirco verbis  
( & verbis facta respondeant ) affirmit Epifcopus, nam-  
quam fe faturum, ut Tonfura inaugurat grandiores  
ætate, aut Minores, præferunt vero Majores Ordines  
iis conferat, qui in tradenda Chriftiana Doctrina ope-  
rant fuam Parochis commodare neglexerint. Hunc por-  
to Clericorum numerum idem Epifcopus in fingulis hæc  
Civitatis, & Dioceffis Parochias apte diftribuat, & eo-  
rum aliquos determinat Ecclefie adfcribat. Denun-  
ciet præterea, ac fidem præftet, in conferendo Pa-  
rochiarum, & aliorum Beneficiorum Jure, plurimum  
apud fe ponderis, & momenti habiturum ftudium, &  
diligentiam in hoc opus a Clericis collatam: atque in  
re ipfa conftabit, non Rectori tantum impofitum efle  
docendi munus, fed plures illi præfio efle, ut omnes  
Officii fui numeros cumulate implere poffit.  
§. 7. His accedit, Sacris Apoftolicis Conftitutioni-  
bus, & feptima præferunt fel. rec. Leonis X. Præde-  
cefforis Noftri edita in Concilio Lateranenfi, faluber-  
rime cautum fuiffe, ut tam Lateranenfis difcipulos  
fuos, quam Plæ Fæminæ Puellas inftituentes, fanæ,  
& incorrupta Doctrina, ( Epifcopo id potiffimum ur-  
gente ) tanquam pabulo vitæ, nutrant, & confrin-  
gent. Conftat etiam, ipfum Epifcopum poffe, ac de-  
bere Sacris Oratoribus quam diligentiffime commendare,  
ut pro concione in Parentum aures animosque inge-  
rant, fua interefle Myfteriis noftre Religionis fuce-  
ptam prolem imbueret: & fi ad id minus idonei fue-  
rint, filios in Ecclefiam adduci oportere, in qua Divi-  
ni Legis præcepta explicantur. Pluribus itidem in  
locis pia, ac laudabilis, & ubi non fit recepta, in-  
ducenda confuetudo invaluit, ut Parocho idem munus  
perfequenti auxilium ferant Laici tum viri, tum mu-  
lieres, in Chriftiana inftitutione veluti adjutricem ope-  
ram navantes, qui audiunt pueros, ac puellas Oratio-  
nem Dominicam, Angelicam Salutationem, Symbolum  
Apoftolorum, aliaque id genus memoriter pronuncian-  
tes. Alibi quoque Sodalitas exacta funt, quorum cura  
in explicanda Chriftianæ Religionis difciplina verfatur,  
& quorum Inftitutum nedum meritis laudibus cumu-  
lat fan. mem. Pius V. in fua Conftitutione, quæ inci-  
pit, *Ex debito*; fed in omnibus etiam Dioceffibus pro-  
pagari enixe expofcit. Quæ quidem omnia in unum  
collecta fi fedulo perpendantur, certum omnibus, atque  
exploratum erit, ubi multa fit melfis, paucos nequa-  
quam efle Operarios, nec eos deefle, qui parvulis pa-  
nem petentibus frangant.  
§. 8. Sed quia compertum eft, non folum Adolefcen-  
tulos, illoque qui confirmata funt jam ætate, in divi-  
narum rerum ignorantia verfari, fed etiam viros, ip-  
fofque fenef falutatis Doctrinæ efle omnino expertes;  
vel quia nunquam illam perceperunt, vel quia jamdum  
perceptam paulatim delevit obliquo: huic etiam malo  
provida Epifcoporum occurret vigilantia, fi operis fui Vi-  
tarios cogent, quæ parata funt, remedia fedulo adhibere.  
§. 9. Ut autem ab iis, qui in prima funt ætate,  
fermo inftituitur, ad Sacram Euchariftiam, & Con-  
firmationem admitti plures poffulant: Pauci enim eni-  
xam hanc voluntatem, ac fere impatient ftudium non

præferunt. Moneat igitur Epifcopus Parochos, eifque  
diftrictè præcipiat, ne quis eorum facrum Euchariftie  
Sacramentum adminiftraret, *Schedulam*, ut ajunt, con-  
firmationis iis tradat, qui graviora Fidei, & Doctrinæ  
capita, & Sacramenti virtutem, & vim ignoret; vel  
quia parum in hoc Tiocinio profecerint, vel quia ea  
neglexerint audire, quæ ad hujufmodi Sacramenta pie,  
riteque fufcipienda ftatis temporibus tradita funt. Hoc  
fane pacto primæ ætatis fati videri poteft confultum.  
§. 10. Si vero loquamur de Adolefcentia, quoniam  
unufquifque proprium donum habet ex Deo, ufu fa-  
tis conftat, alios Ecclefiafticæ, alios vero fæcularis vi-  
tæ rationem inire. De primo hominum genere verba  
jam fecimus, cum de iis ageremus, qui Ordinibus ini-  
tiari volunt. Id unum addi poffe videtur, rem fore  
magni commodi, multaque utilitatis plenam, fi qui fe  
fiftunt examini, eos Præful potiffimum interroget de  
iis, quibus Chriftiani hominis fcientia continetur. Ete-  
nim magiftra rerum experientia edocuit, ex his ali-  
quos, tameti latini fermonis nitore, & elegantia ex-  
cultos, in fcientiæ curriculum liberaliter inftitutos,  
& quæ ad Ordines pertinent apprime callentes, de Do-  
ctrina tamen Chriftiana percurant parum, aut nihil  
apfolite respondere.  
§. 11. Si autem ad eos, qui in fæculo degunt, men-  
tis aciem convertimus, palam fit, illos ut plurimum  
facri conjugii fœdera inire. Verum cum Matrimonio  
jungendi non funt, fi Parochus, ut debet, prius in-  
terrogando deprehenderit, Marem, feu Fæminam, quæ  
ad falutem neceffaria funt, ignorare; Vix tantæ, ac  
tam luctuofæ ignorantie locum relinquet Epifcopus,  
qui Paftores animarum admonet officii fui, & huic fi  
defint, negligentie repetat pœnas.  
§. 12. Omnes denique omnium ætatum, atque Or-  
dinum homines folent identidem fordes animæ Pœni-  
tentie Sacramento detergere. Curabit itaque Epifco-  
pus, ut Sacerdos excipiens Confefiones, fixum illud  
innotumque animo femper habeat, invalidam efle Ab-  
folutionem Sacramentalem, quam quis ignoranti res  
neceffarias neceffitate medii impertitur, nec poffe homi-  
nes Deo per hujufmodi Sacramentum reconciliari, nifi  
prius excuffa humus ignorantie caligine, ad agnitionem  
Fidei educantur. Sedulo etiam animadvertet Confef-  
farius, in aliud tempus rejiciendam efle Abfolutionem  
illius, qui neceffaria neceffitate præcepti fui vitio ne-  
fcit, & eo quandoque cafu Pœnitentem abfolvi poffe,  
quo fo vincibilis hujus ignorantie reum agnofcat, &  
accuset; ac intine dolens, tum a Deo veniam prece-  
tur, tum Confefario ferio promittat, operam fe im-  
penfe daturum, quæ Divinæ Gratiæ præfidio, difcat  
etiam neceffaria neceffitate præcepti.  
§. 13. Hanc profecto Chriftiani Populi inftituendi  
rationem fi Paftores fubi propofuerint, fi eorum con-  
filia, labores, & ftudia ad propofitam methodum du-  
xerint referenda; fperare fas eft, Fide, & Opere Gre-  
gem ita in dies profecturum, ut coadifcitur in habi-  
taculum Dei in Spiritu Sancto. At vero cum maximi  
momenti ea res fit, nullaque alias ad Dei gloriam, &  
ad animarum falutem utilis inftituta, mirari nemo  
debet, quod plurima paffim objiciantur impedimenta.  
§. 14. Sita quoque funt in agro parvæ, humi-  
lesque Ecclefie, alie Parochiali proximæ, alie vero  
longo intervallo difjunctæ, ad quas diebus fæftis Pa-  
tresfamilias una cum liberis accedunt, Sacerdotem Sa-  
cris operantem audituri; ex quo fit, ut fæz Parochia  
nunquam fere interfint, nec ullum de Myfteriis Fidei  
de Præceptis, de Sacramentis verbum accipiant. Epi-  
fopus huic malo occurret, fuamque objiciet auctorita-  
tem. Et primo quidem, quoad parvas Ecclefias Pa-  
rochiali proximæ, exprefla lege caveatur, ne quis antea  
Sacrificium faciat, quam Parochus Miffam celebraverit,  
fermonem habuerit, ceteraque fui muneris partes ab-  
folverit. Hoc enim pacto Ecclefia Parochialis confuetu-  
dinem Parochianorum numero celebrabitur. Quo vero  
ad parvas Ecclefias a Parochiali longe fepofitas, cum  
difficile admodum fit, Parochianos ob locorum diftan-  
tiam, longum iter, atque afperum, hymeali præferunt  
tempore, cum pluvie inundant, Parochialem adire,  
ibique Divinis Officiis interefle, relicta Ecclefia proxi-  
miore, decernat Epifcopus, gravibus etiam ftatutis pœ-  
nis, quod Sacerdotes ibi operantes Chriftianæ Doctrinæ  
fumam Populo tradant, Divinamque Legem annun-  
tiant. Moneandus tamen eft Parochus, ne alienæ  
ope-

PONT. A. II.

Quid cum illis, qui Matrimonio jungendi funt.

Quid cum illis, qui Matrimonio jungendi funt.

Ignorantibus quæ fære oportet neceffitate mediis deneganda eft abfolutio.

Quid agendum cum ignorantibus quæ fære oportet neceffitate præcepti.

Quærendum impedimenta.

In aliquibus Ecclefiis rari-  
tatem non  
permittit  
Miffam  
celebrare  
nifi poffit  
fæz paro-  
chiale.

In aliis in-  
jugendum  
pœnitentis  
non. Curat  
ut Populum  
inftituant.

51  
BULLARIUM.  
ANNO 1742.  
PONT. A. II.  
operæ nimium tribuat, fed videat ipfe quo loco res  
fint, cum pueri Sacramentum Euchariftie, & Con-  
firmationis, alio vero Matrimonii, fibi adminiftrari ex-  
pofcant.  
§. 15. Præterea fua etiam Urbes habent impedi-  
menta: Sepe enim contingit, in aliis Ecclefiis, ac præfer-  
tim Regularium, folemni ritu, magnæque Populi fre-  
quentia, Fæftum aliquem diem celebrari; ideoque fi  
in Ecclefia Parochiali, fummo mane, aut ftatim a pran-  
dio Catechifmus habeatur; aut nemo, aut pauci ad-  
modum funt, qui eidem Catechifmo interfint, quique  
præfcriptas horas non caufentur. Sin vero capientur  
horæ Civitatis commodo magis appofite, ufu comper-  
tum eft, populum ad Ecclefiam conflare, in qua Fe-  
ftus dies agitur; & celebrata pompe illeffum, Do-  
ctrinam Chriftianam non fine gravi animæ detrimento  
deferere. In hoc articulo quia certa, & communis re-  
gula præfcribi non poteft, id totum reliquum efle volu-  
mus Prudentiæ vigilis Ecclefie Antiftitis, qui attenta  
loci, temporis, perfonarum qualitate, expenfique re-  
rum omnium momentis, ita ftudet folemni diei cele-  
britatem cum Doctrina Chriftiana componere, ne alteri  
altera fit impedimento. Quod fi Regularis, & Exem-  
pti contraxerint, & fanctum hoc Doctrinæ opus, li-  
cet ab Epifcopis prius admoniti, fuis functionibus per-  
turbare præfumpferint; Noftam locorum Ordinarii  
auctoritatem, qua potius in exemptis, pollicemur;  
nec alia Pontificiæ vigilantie deerunt remedia, ne Pa-  
rochiales Ecclefie debitis fraudenter obfequas.  
§. 16. Plurimum quoque ad Chriftiani Populi inftitu-  
tionem conferre poterit, fi Vifitatores eligantur, qui  
omni alii Civitatem, alii Dioceffim luftrantes, omnia  
fedulo inquirent, ut certior factus Epifcopus, pro me-  
ritis cujufque Paftoris, aut præmia decernat, aut  
pœnas.  
§. 17. Clementis Papæ VIII. aliorumque Prædeceffo-  
rum noftorum veftigiis inhærentes, hortamur in  
Domino, & enixe commendamus, in Doctrina Chri-  
ftiana tradenda adhibere libellum de Clementis ejus-  
dem mandato a Cardinali Bellarmino confcriptum, mox  
in deputata Congregatione diligenter examinatum, &  
approbatum; ac denique ab eodem Clemente in lucem  
eo faluberrimo confilio edi juffum, ut unus deinceps,  
idemque modus in docendo, & difcendo Chriftianam  
Doctrinam, ab omnibus teneretur. Nihil hac unifor-  
mitate optabilius; nihil ad præcavendos, qui in mul-  
tiplicem Catechifmorum varietatem irepere poffent  
errores, conducibilis, atque opportunus. Sicubi vero  
contingat, ob peculiares regionum neceffitates, alium  
quempiam adhiberi forte libellum; fedulo invigilandum  
erit, nequid ille contineat, nequid in eum unquam  
inducatur, a Catholica veritate abfolum. Curandum  
infuper, ut in eo fidei dogmata clare, & dilucide fint  
explicata, additis, fi quæ defunt, neceffariis, ac fabu-  
lis quæ redundant. Brevis enim, & univoca docendi  
methodus multum prodeffe folet ad faciliorem inter-  
rogationem, cum quis periculum facit progressus pue-  
rorum.  
§. 18. Complectatur Liber hujufmodi etiam Fidei,  
Spei, & Charitatis Actus, quos recte fcienterque com-  
pofitos efle, minime dubitandum. Sed fi aliter fe res  
habeat, calligati emendato prælo donentur. Adus præ-  
dicti paucis potius, quam multis verbis offerri gaudent;  
dum illis tamen tota vis, & natura virtutis explicetur;  
Et quia Chriftianam Religionem profertim maxime  
neceffaria eft confuetudo, & exercitatio fæpius elicien-  
di dictos Actus, idcirco ne illorum ufus circumfcribatur  
angultis finibus, & exiguo numero a quibufdam fingulis  
annis præfinito; Epifcopus fæz non minus, quam  
alienæ falutis ftudiofus, provide ftatuat, ut in Pa-  
rochiis, tum Urbis, tum Dioceffis, Rectores Anima-  
rum, poft Miffam Fæfto die celebratam, ftatim ante  
Aram proluati, clara, & intelligibili voce dictos vir-  
tutum Actus eliciant, & præire fatagant Populo, ver-  
ba ab ipfis prolata devote reddunt. Hoc enim pacto  
Fideles fenfim illos memorie mandabunt, & affue-  
rent, nedum Fæftis, fed aliis etiam diebus, in hac  
pia exercitatione verfari.  
§. 19. Saluberrimas habet erudiendi Gregis rationes,  
quas Vobis, Venerabiles Fratres, per hæc Apoftolica  
fcripta notas efle volumus, quique veftrum facile in-  
teliget, conforas efle: *Monitis*. Noftis *Pæftoralibus*  
prælo jam demandatis, cum Sponfam Noftam Bono-  
Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. I.

52  
MARONITARUM XLIII.  
PATRIARCHÆ attribuitur annuum caritativum fubfidium;  
abrogata confuetudine colligendi præftationes pecu-  
narias in diftributione Maronum Oleorum. Epifcopis  
Maronitis certæ Sedes affignantur.  
BENEDICTUS PAPA XIV.  
Ad perpetuam rei memoriam.  
APOSTOLICA Prædecefforum noftorum Romano-  
rum Pontificum Jefu Chrifti Paftorum Principis,  
cujus Supremas vices plane immerentes gerimus, in  
terris Vicariorum follicitudo, ac providentia ad æternam  
Chriftifidelium falutem procurandam femper intenta,  
in eo maximo opere commendatur, quod inter cætera  
ad iifdem animabus ejufdem Jefu Chrifti fanguine  
redemptis opportune, ac frugifere confulendum, fapie-  
tiffime inftituta atque fanctiffime cuftodita, omni et-  
iam cura, ac labore confirmare, & fub canonicis cen-  
furis, ac pœnis exigere ftuduerint, nimirum, ut &  
Ecclefiarum Paftores, quibus ovium falus commiffa  
eft, non Mercenariorum more, fed attendentes fibi,  
atque univerfo gregi, in quo Spiritus Sanctus pofuit  
eos regere Ecclefiam Dei, præfidentes, inque fuis refi-  
dentes Ecclefiis vigilant; & ab Ecclefiaftico Ordine  
omnes vel minima avaritiæ fufpicio, ut fimoniæ  
lapis fpecies, in iis præferunt, quæ ad Sacramento-  
rum adminiftrationem fpectant, penitus amoveretur.  
Non alia fane ratione Antiftitum inauguratio fpirituale  
dicitur igitur conjugii, quod eft inter Epifcopum, &  
Ecclefiam, cui præficitur, in electione initium, in-  
confirmatione ratum, in confecratione confumatum,  
ita ut tranfcurfiones etiam de una ad aliam Ecclefiam,  
nulla intercedente legitima graviffimæque caufa, veluti  
fpirituales adulteri fpecies exifimate fuerint a Sanctis  
Patribus & Sacrorum Canonum functionibus, per maxi-  
mas pœnas coercitæ. Eodem proliis modo, ut non fo-  
lum fine Simonie labe, verum etiam fine avaritiæ  
fufpicionis Sacramenta adminiftrantur, inhibitu  
fuit, ne pro pafu, vel alicujus confuetudinis obtentu,  
in iis, quæ Sacramenta refpiciunt, etiam a fpon-  
te dantibus, non fecus ac voluntarie antiquitus fiebant  
oblationes, quidquam directe, vel indirecte acciperetur,  
aut exigatur.  
§. 1. Eapropter Apoftolicis laudibus profequimur Ve-  
nerabiles Fratres Jofephum Petrum Antiochenum & An-  
tiftites Maronitas, ceterosque, qui in Synodo Provincia-  
li, five totius Nationis Maronitarum, Apoftolica fel. rec.  
Clementis PP. XII. Prædecefforis noftri, qui ad hujuf-  
modi effectum ad Montem Libanum dilectum Jofephum Ma-  
giftrum Jofephum Simonium affemant in utraque  
Signatura noftre Referendarium, Prælatum noftorum  
Domesticum, & Intimum Cubicularium ablegaverat,  
primum indicta, & celebrata, deinde noftro quoque au-  
thoritate, per alias noftas in fimili forma Brevis Li-  
teras die prima menfis Septembris anno MDCCXLI.  
proxime elapfo datas, quarum tenorem præfentibus pro  
expreflo, & infero haberi volumus, & in quibus ube-  
rius continentur, approbata confirmataque, interve-  
rant. Enimvero, cum Antiocheni pro tempore Pa-  
triarchæ Maronitarum, ob jus quoddam, quod nul-  
lius canonicis documentis fuffaltum, fed antiquiffima  
con-

PONT. A. II.

Dat. die 7. Febr. 1742.

Disciplina Ecclefie, quod refertur ad Epifcopum, & gratiam Sacramentum adminiftrationem.

Laudetur Canon Synodi Nationalis Maronitarum circa utrumque caput.



ANNO  
1742.

consuetudine, five propria auctoritate, five quomodolibet invecum erat, non solum Antilites, qui jam suis Ecclesiis additi, ab illis propter Turcarum tyrannidem absentes ipsarum Ecclesiarum populis praesentibus minime possent, aliis, sed prioribus, quibus incardinati erant, & haud dimissis, Ecclesiis in Chesroani, & Montis Libani Diocesis existentibus, veluti suos ad nuntum amovibiles praeficere Vicarios; verum etiam oblationes pecuniarias, vel alterius rei praestationes, pro necessaria victus dignitate Patriarchis, aliis deficientibus congruentibus redditibus, sustentatione, ut assereretur, tempore, & occasione distributionis Sacrorum Oleorum fieri consuevas exigere solerent; huiusmodi asserto iuri tamquam non legitimo, quin immo Sacris Canonibus inviso, per duos Canones in eadem Synodo conditos derogatum fuit.

Eorum ex-  
amen testi-  
ficatur in  
Congrega-  
tione de Prop.  
Fide.

§. 2. Verum inter alia dubia, quae proposita, & examinata fuerunt in particulari Congregatione aliquot Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis propagandae Fidei praepositorum pro approbatione dictae Synodi a Nobis deputata, & coram Nobis habita, etiam haec duo fuerunt discussa, nempe primum: An Canon prohibens Patriarchae quaecumque exactionem in distributione Olei Sancti Parochis, sustineatur, & mereatur confirmationem? Secundum: An Canon quod residentiam Episcoporum Maronitarum in propriis Titulis Ecclesiarum Episcopatum, sit approbandus, & quid quoad Appendicem Synodi Cap. XLI. in quo adesse divisio Sedium Episcopatum, cum limitibus Diocesium Maronitarum, pro distributione Diocesium in tot Episcopos, ita ut non possint amoveri a Patriarcha?

Articulus  
Appendicis  
Synodi de  
numero, &  
limitibus  
Maronita-  
rum.

§. 3. Tenor autem memoratae Appendicis est, qui sequitur. *Appendix XLI. post Synodum Montis Libani, Metropolitarum, & Episcoporum Maronitarum Sedes, & Limites. Patriarcha Antiochie, ac totius Nationis Maronitarum Sedem habet in Monte Libano in Comorio, quod Canabinefe dicitur; Sub eo prout Archiepiscopi, & Episcopi sequentes. I. Tyri. II. Damasci. III. Cypri. IV. Alepi. V. Beryti. VI. Tripolis. VII. Batri. VIII. Aco, seu Ptolemaidis. IX. Laodiceae. X. Apameae. XI. Arce. XII. Eden. XIII. Sarepta. XIV. Paneddis. XV. Lysra, seu Bybli. XVI. Neapolis. Sed in Synodo Montis Libani die xxx. Septembris MDCCXXXVI. decreverunt Patres, ut Maronitarum Diocesis impofterum ad octo tantum redigerentur; Iuxta Reverendissimo Domino Patriarchae Episcopos nonnullis titularibus ordinandi potestate; videlicet I. Alepi, seu Beroe, & adiacentium Locorum. II. Tripolis; hujus Pontificatus iurisdiclio extenditur a Tripoli, & Jania ad Arcam Balaneam, Aradum Orithadem, Gabalam, Laodiceam, usque ad finem Alepi. III. Bybli, & Batri; hujus iurisdiclio extenditur in Diocesis Bybli, & Batri, Acure, Dairalamari, & Regionis Bisayae. IV. Helipolis, seu Baalbech; hujus iurisdiclio extenditur in Diocesis Helipolis, & Phathube in Byblienfi Regionis confinio, & dimidie partis ditionis Gazirensis, cujus caput Gussa, & Gazir. V. Damasci; hujus iurisdiclio extenditur in Diocesis Damascenam, necnon ampliat ad alteram dimidiam partem ditionis Gazirensis, cujus caput est Agelton, completitur praeterea Calcontam, Zac-Chargam, & Zabbugam. VI. Cypri; hujus iurisdiclio completitur universa Insula illius Castellae, ac praeterea in Chesroana Regione habet Bacafajam, Bat-segebadam, earumque Villas, necnon Villas Chesroenae usque ad Pontem Beryti. VII. Beryti; hujus iurisdiclio extenditur a Beryto usque ad Marthanam, & Giordam, & Algarbam, & Sciacharam Mathanae, & usque ad Pontem Flavii Cadi, seu Tamyri. VIII. Tyri, & Sidon; hujus iurisdiclio completitur Sidonem, Tyrum, earumque Villas, necnon Suph-Bacnam, Pallem Taina, & adiacentes Terras a Fluvio Tamyri, usque ad Sanctam Civitatem Hierusalem. Nos subscripsi hanc Diocesium distributionem approbamus. Datum in Sancta nostra Synodo in Monasterio Deiparae de Lania die xxx. Septembris MDCCXXXVI. Joseph Petrus Patriarcha Antiochie. Gabriel Sarepta, Simeon Damasci. Abdalla Beryti. Elias Arce. Basilus Tripolis. Philippus Lysra. Stephanus Batri. Gabriel Aco. Johannes Laodiceae. Ignatius Tyri. Gabriel Alepi. Michael Paneddis. Tobias Cypri.*

Congrega-  
tionis judi-  
cium.

§. 4. Ad primum autem responsum fuit. Approbandum, & ad Sanctissimum, qui dignetur alio modo pro-

videre Domino Patriarchae. Ad secundum etiam responsum fuit. Pro approbatione Canonice demandantis Residentiam Episcoporum, & ad Sanctissimum quoad contenta in Appendice Cap. XLI. in quo proponitur Metropolitarum, & Episcoporum Maronitarum Sedes, & Limites.

§. 5. Nos igitur, qui nihil optamus impensius, quam ut Ecclesiastica disciplina per universum Catholicum Orbem, ubi quidem integra viget, magis magisque confirmetur, ubi vero collapsa est, opportune inflaretur; ut in rebus tanti momenti ea, qua opus est, consilii, maturitatis, & examinis ratione procederemus, Venerabili Fratri Nostro Vincentio S. R. E. praefate Cardinali Petra nuncupato ejusdem Congregationis Propagandae Fidei Praefecto commissimus, ut postquam cum dictae Synodi Revisoribus, aliisque rem Maronitarum peritis super praemissis accuratissime esset, ad Nos referret. Quoniam autem ipse Venerabilis Frater Noster Vincentius Cardinalis, auditis Revisoribus aliisque, ut praemittitur, rerum Maronitarum peritis instructis, eratisque ex Archivio dictae Congregationis Propagandae Fidei documentis, illique invicem expensis, ad Nos retulit, oblationes pecuniarias, vel alterius rei praestationes, fieri quidem tempore, & occasione distributionis Sacrorum Oleorum, revera esse, ut ab initio ceptum fuit, pecuniarias oblationes, vel alterius rei praestationes Patriarchis pro tempore existentibus, alimentorum, & dignitatis tuenda, munerisque Patriarchalis commodum obeundi causa, debitas atque praecipuas; necnon residentiam Episcoporum Maronitarum in propriis Titulis Ecclesiarum, & divisionem sedium Episcopatum, cum limitibus Diocesium, earumque reductionem, prout in Appendice praefata continentur, omnino necessariam, utilem, ac salutarem esse: Hinc est, quod Nos, qui inclytam Nationem Maronitarum quamvis Haereticis, Schismaticis, Maumethanis, & Idololatriis, undique circumseptam, tamen veluti rosam inter spinas, & scopulum inter undas, semper in Catholica Romana Fide constantem, ac propterea a Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris tantopere exultantem, ad eorumdem Praedecessorum nostrorum exemplum plurimum facimus, & Apostolica caritate complectimur, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestate plenitudine, tenore praesentium, primum nuncupamus Canonem, & in eis contenta quaecumque, ac praefata Appendicem approbamus, & confirmamus, illique Apostolica firmitatis robore perpetuo adjicimus, atque in perpetuum deinceps observari praecipimus, & mandamus.

§. 6. Deinde modernum Patriarcham, ejusque Praedecessores, nec non tam eos, qui desistunt, quam qui accessissent dictas oblationes pecuniarias, vel alterius rei praestationes, easque five datas, vel dandas, five acceptas, vel accipiendas pro Sacrorum Oleorum distributione esse existimassent, ab omni Simoniacalibus pravitate, & turpi avaritiae quaestu immunes fuisse, & esse, neque impofterum a quoquam ausu temerario, veluti Simoniacis, & avaris, infirmari posse, & debere declaramus.

§. 7. Praeterea, ne moderno, & pro tempore existenti Patriarchae, ut praemittitur, desint alimenta, & subsidia, statumus, & quatenus opus sit, praecipimus, & mandamus omnibus, & singulis Ecclesiis, Monasteriorumque Parochis, & Superioribus Nationis Maronitarum, ut singuli Parochi, & Superiores huiusmodi, juxta designationem instructionemque ab ipsa Congregatione Propagandae Fidei confectam, atque una istidem nostris Literis adjuvandum, & in virtute Sanctae Obedientiae, & sub penis ad Apostolicam Sedem, & pro tempore existentis Patriarchae arbitrium imponendis omnino servandam, singulis annis die Dominica infra Octavam solemnitatis Beatae Virginis Mariae Immaculate in Caelum Assumptae, a currenti anno MDCCXLII. incipientes, in perpetuum Patriarchae pro tempore existenti antedictas pecuniarias oblationes vel nomine Caritativi Subsidii contribuant, & solvant; necnon statum Animarum, quarum curam gerunt, ad saepedictae Synodi scriptum, & normam, eidem Patriarchae deferant, a quo & literas instructivas, five pastorales, de more, sicut antea in Sacrorum Oleorum distributione fiebat, accipiant, ipse vero pro tempore existens Patriarcha alio opportuno tempore Sacra Olea

PONT.  
A. II.Diocesium  
numerum se-  
perpetuo in-  
candiam de-  
centur.In quibus  
Episcopos  
perpetuo in-  
candiam de-  
centur.Patriarchae  
iura, & fa-  
cultates co-  
municantur.Sine praedi-  
cilio alio-  
rum hic non  
expediret.Executio re-  
ductionis  
Diocesium  
proinde dif-  
ferat.Praefatum  
Literarum  
perpetuo vi-  
goni confir-  
mat.Sicra vero  
Olea absque  
ulius obla-  
tionis exa-  
ctioe distri-  
bui jubet.ANNO  
1742.

gratis omnino transmittat, five distribuat, & nihil penitus, vel pecunie, vel alterius cujuscumque rei, etiam a sponte dantibus recipiat, aut exeat.

§. 8. Insuper motu, scientia, potestate, ac tenore paribus statuimus; & declaramus numerum Sedium, ac Diocesium Episcopatum, & Episcoporum Maronitarum, ad septem duntaxat, excepta Patriarchali Sede & Archidiecepi, quacum octo existunt, redigendum esse, prout in praefata Appendice cum suis respective distictis Diocesis, Oppidis, Terris, Ecclesiis, ac Monasteriis, juxta praescriptos fines, ac terminos, redactus redactusque est, & Nos, quatenus opus sit, de novo redigimus, & reducimus, & redactum redactusque esse & haberi, decernimus, & definimus.

§. 9. Item volumus, & mandamus ut, postquam reductio huiusmodi, ut infra, locum habuerit, in hisce octo Diocesis distinctis, & ab invicem divis, ac separat, tam Patriarcha in sua, (quam ad sui arbitrium semel eligendam, sed semel electam, & Archidiecesim nuncupatam, Patriarcham eligentem ejusque Successores nunquam permutare posse decernimus, & definimus,) quam singuli septem Episcopi in suis respective Diocesis constituti, & incardinati perpetuo sint, & habeantur, ita, ut nunquam ad Patriarcham pro tempore existentis nutum amoveri possint, nisi vel per canoniam, ob gravissimam criminis, juris ordine servato, privationem, vel per legitimam de una ad aliam Diocesium, juxta Sacrorum Canonum regulas, & juris communis dispositiones; translationem.

§. 10. Praeter haec modernus, & pro tempore existens Patriarcha sua habeat Antilites juxta morem, & non alius, in qualibet Sede, & Diocesi paucioris solatio destituta constituendi, & incardinandi; singulis triennii singulas Dioceses per se ipsum visitandi; Decimas consuetas (Decima tamen Decimarum singulis Antilites in suis respective Diocesis relicta) in istidem Diocesis colligendi, & Emolumenta Dispendationum, quae ad Patriarcham spectant, exigendi; nec non Legata, vel dictae Diocesis, quae sedi Patriarchali unita fuerit, vel ipsi pro tempore Patriarchae relicta acquirendi; & pro huiusmodi effectu unum aut plures Collectores, & Ministros in dictis Diocesis deputandi; Sacra Olea consecrandi, & in singulas septem Diocesis privative distribuendi, & ut ante statutum est, & non aliter, mittendi; Ceterum aliis, si quae sunt Patriarchae pro tempore existentis reservata, & debita tam praescripto iure, quam inveterata consuetudine, iuribus, de quibus nulla in hisce praesentibus fit mentio, nullum ideo praedictum per ipsas praesentes inferri, & illatum esse volumus, & intendimus.

§. 11. Denique ut redactio Sedium Episcopatum e decem ad septem, praeter Patriarchalem, duntaxat, prout in praefata Appendice contenta atque praescripta, debite executioni juxta commendatissimum caritatis, & providentiae Ordinem demumderet; volumus atque praecipimus, ut moderni Antilites Maronitae, qui veluti Patriarchae Vicarii missi, dum reductio huiusmodi statuta fuit, decem in Chesroano in humanis agebant, et si, interea temporis duobus eorumdem viam universae carnis ingressi, undecim in praesentia numerantur, eodem pacto, quemadmodum antea servabatur, veluti ipsius Patriarchae Vicarii ad nutum amovibiles eousque sint, & habeantur, donec septennarius eorumdem superstitium numerus remanserit: Quo facto, reductio septem Sedium huiusmodi tunc, & non antea, locum habeat, & constituta intelligatur; atque idem pro tempore existens Patriarcha, electa prius Patriarchali Sede, singulis singulis Sedibus Antilites ad sui libitum, sed secundum prudentiam, & caritatis leges praeficiat, & assignet, ita tamen, ut assignatio huiusmodi perpetuo facta, & uniusquisque Assignatus perpetuo constitutus, & incardinatus sit, & intelligatur, Sedi, & Diocesi, quae semel unicusque assignata fuerit.

§. 12. Decernentes easdem praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod quicumque in praemissis quomodolibet ius, vel interesse habentes, seu habere praetendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, praerogativae, vel dignitatis, seu alias specificae, & individuae mentione, & expressione digni vocantur, istidem praesentibus non consenserint, nec vocati, seu auditi fuerint, tamen si suorum indultorum, vel privilegiorum vigore consentire, seu vocari,

& audiri semel, vel pluries quocumque debuissent, aut ex alia quovismvis iuridica, & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, ullo unquam tempore de subreptione, vel obreptione, seu nullitatis vicio, aut intentionis nostrae, vel interesse habentium consensu, aliove quolibet etiam quantumvis magno & formali, ac substantiali defectu notari, impugnari, infringi, in controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas apertitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari nullatenus posse, sed semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque, & quomodocumque spectabit, inviolabiliter observari; sique, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, quavis auctoritate, praerogativa, aut potestate fungentes, & functiones, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & dictae S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, subfata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definitur debere; irritum quoque, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria  
non obstat  
decretum.

§. 13. Non obstantibus praemissis omnibus, ac nostris, & Cancellariae nostrae Apostolicae, quatenus opus sit, regula de jure quaesito non tollendo, nec non Apostolicis, atque in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus, praesertim pro universa Natione Maronitarum Constitutionibus, & Ordinationibus, aliisque etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, siue universae Nationi, siue Patriarchae, Antilites, & populis Maronitis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibuscumque etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, in genere, vel in specie, aut alias in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenore praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Eandem  
literarum  
exemplis, &  
versionibus  
auctoritas  
tribuitur.

§. 14. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, tam latino, quam Syriace, aut Arabice, tum manuscriptis, tum typis impressis, & manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prout fides adhibetur, quae adhibetur eidem praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensa. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xiv. Februarii MDCCXLII. Pontificatus Nostri Anno II.

D. Card. Passioneus.

## ABOLITIO TRIBUNALII,

XLIV.

Et Judicium particularium ab Innocentio XII. facta confirmatur, & innovatur quoad Judicaturas deinceps erectas; Nonnullarum Congregationum, & Tribunalium facultates, & iurisdictiones praesentuntur.

## BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Quantum ad procurandam Reipublicae temporalem felicitatem conducatur, si cuicunque petenti ius suum prompte, & expedite reddatur, initio Pontificatus nostri animo revolventes, sollicito mentis oculo circumspeximus, si qui abusus, aut pravae consuetudines paulatim, ut contingere solet, irrepresserent, quae iudiciorum ordinem bene, ac sapienter Prae-

Pontificis  
studium pro  
expeditioni  
iustitiae ad-  
ministratio-  
ne.